

SCRIPTA

Numéro Scripta : 5058

Auteur(s) : Adrien IV [pape]

Bénéficiaire(s) : Richard, Savigny-le-Vieux, Sainte-Trinité de Savigny (abbaye, abbé)

Genre d'acte : bulle

Authenticité : non suspect

Datation : 1154, 24 décembre

Lieu d'émission : Rome

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Le pape Adrien [IV] confirme à l'abbaye de Savigny ses abbayes dépendantes.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 80, p. 165-166.

Indications

Jaffé Philippe, Wattenbach Wilhelm, *Regesta pontificum Romanorum ab condita ecclesia ad annum post Christum natum MCXCVIII* 2eéd., Leipzig, Veit, 1885-1888, 2 vol., n° 9962, t. 2, p. 104.

Texte établi d'après a

Adrianus episcopus seruus seruorum Dei. Dilecto filio Riccardo abbati Sauniacensis monasterii eiusque successoribus regulariter promouendis in perpetuum. Desiderium, quod etc. Quocirca etc. Statuentes, ut ordo monasticus secundum institutionem Cisterciensium fratrum tam in prefato monasterio quam in his, que sub ipsius potestate et disciplina consistunt, futuris temporibus inuiolabiliter obseruetur et ut abbatie, que ad ius tui monasterii pertinere noscuntur, in tua tuorumque successorum obedientia et subiectioe permaneant. Quarum nomina duximus exprimenda : abbatia de Belbec et abbatia de Briostel cum pertinentiis earum, abbatia de Sarnaio, abbatia de Brullio et abbatia de Trappa cum appenditiis earum, abbatia de sancto Andrea de Goffer et abbatia de sancto Clemente de Tyru(n)nel cum appenditiis earum, abbatia de Fulchardimonte cum pertinentiis suis, abbatia de Longuilers cum pertinentiis suis, abbatia de Chalocio cum pertinentiis suis, abbatia de Buisseria cum pertinentiis suis, abbatia de Fontibus cum pertinentiis suis, abbatia de Ueteri Uilla cum pertinentiis suis, abbatia de Alneto cum pertinentiis suis, abbatia de Furnesio cum pertinentiis suis, abbatia de Hoilanda cum pertinentiis suis, abbatia de Caldra cum pertinentiis suis, abbatia de Man cum pertinentiis suis, abbatia de Bellalanda cum pertinentiis suis, abbatia de Ioreual cum pertinentiis suis, abbatia de Cumbramara cum pertinentiis suis, abbatia de Basinwere cum pertinentiis suis, abbatia sancte Marie de Duuelina cum pertinentiis suis, abbatia de Pultuna cum pertinentiis suis, abbatia de Bildwas cum pertinentiis suis, abbatia de Neht cum pertinentiis, abbatia de Bucfestria cum pertinentiis suis, abbatia de Quartaria cum pertinentiis suis, abbatia de Drogonis Fonte cum pertinentiis suis, abbatia de Stradford cum pertinentiis suis, abbatia de Quoquesale cum pertinentiis suis. Has itaque abbatias cum omnibus earum pertinentiis ad exemplar predecessoris nostri sancte memorie pape Eugenii tibi tuisque successoribus imperpetuum

confirmamus. Nulli ergo hominum fas sit super hac nostra confirmatione uestrum monasterium temere perturbare aut aliquam exinde contrarietatem inferre, sed omnia imperpetuum ita intemerata seruentur, quemadmodum predicti predecessoris nostri pagina noscitur institutum, salua in omnibus apostolice sedis auctoritate. Si quis sane etc. Conseruantes autem etc. AMEN. AMEN. AMEN.

R. Ego Adrianus catholice ecclesie episcopus ss. BV.

† Ego Ymarus Tusculanus episcopus ss.

† Ego Hugo Hostiensis episcopus ss.

† Ego Gregorius Sabinensis episcopus ss.

† Ego Guido presb. card. tit. sancti Grisogoni ss.

† Ego Manfredus presb. card. tit. sancte Sauine ss.

† Ego Iulius presb. card. tit. sancti Marcelli ss.

† Ego Hubaldus presb. card. tit. sancte Crucis in Ierusalem ss.

† Ego Octauianus presb. card. tit. sancte Cecilie ss.

† Ego Astaldus presb. card. tit. sancte Prisce ss.

† Ego Iohannes presb. card. sanctorum Iohannis et Pauli tit. Pamachii ss.

† Ego Henricus presb. card. tit. sanctorum Nerei et Achillei ss.

† Ego Guido diac. card. sancte Marie in porticu ss.

† Ego Iohannes diac. card. sanctorum Sergii et Bachi ss.

† Ego Odo diac. card. sancti Nicholai in carcere Tulliano ss.

Dat. Rome apud sanctum Petrum per manum Rolandi sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis et cancellarii VIII kal. ian., indictione IIIa, incarnationis dominice anno M°.C°.L°.IIII°, pontificatus uero domni Adriani pape IIII anno I.